GREGORIUS MAGNUS
Österreich, 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26218
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nequaquam diuina seuerritas inulta remanere permittit. Si ira iudicis anima hic correptione incohat ut in reprobos damnatione consumat. Carit igitur nec reprobi iniquitatum suarum desideria inulta iniquitate consumentur atque eo temporalia flagella non sentiant quia eterna eos supplicia expectant. Bene autem eos inulta nequitia cham peccante signata est. Cui patet dicit. Maledictus chanaan puer. seruus erit fratribus suis. Chanaan uidelicet cham filius fuit. Et quid est quod cham peccante. chanaan eius filius sententiam ultionis accepit. Quid est quod non in se sed in posteritate punitur. Non quod reprobos nequitie hic quidem inulte pficiunt sed in posteris feriunt. Dicat igitur. Nunc igitur non infert furorem suum. nec ulciscitur ualde scelus. Notandum uero est quod sub intuitu ualde. quia et si quedam longanimitas tolerat. quedam tamen in hac etiam uita flagellat. et hic nonnunquam ferire incohat. quos eterna damnatione consumat. Ergo In nulla punitur. In nulla inulta relinquitur. quia si nulla secaret. quis dum res humanas curare credidisset. Et rursum si cuncta punieret. iudicium extremum unde restaret. Quedam igitur feriunt ut rectoris nostri superna sollicitudinem formident. quedam uero inulta seruantur ut adhuc iudicium restare sentiant. Bene igitur dicitur. nec ulciscitur ualde scelus. qui dum exiguum quodam de iniquitate punitur. in cuersis mentibus eternum iam iudicium ppinatur. Totum itaque hoc abhelium rectum dicitur. si recte diceretur. Scit enim quid loqui debeat. sed cui loquatur ignorat. Vera sane naque que dicit. sed abeatur iob increpatione aliena. quia tanto hac correptione non equitur. quanto nec aliqua pusilla animitate peccauit. Sed quia iustis uiris solet occasio esse uirtutum. elatio superbie.

Y. VIIII